Bullettino

DELL'ISTITUTO STORICO ITALIANO
PER IL MEDIO EVO
E
ARCHIVIO MURATORIANO

N.° 72.

ROMA
NELLA SEDE DELL'ISTITUTO
PALAZZO BORROMINI

1960

APPENDICE

I.

Chartula (scriptum) concessionis.

1083 marzo.

Enrico conte del fu Roberto conte e Adelisa sua moglie, ambedue di Montesantangelo, donano, per redenzione delle loro anime e di quelle dei loro parenti, al monastero della S.ma Trinità di Cava dei Tirreni, in persona di Pietro abate, il monastero di S. Giacomo apostolo sito fuori la città di Lucera, con gli uomini in esso abitanti, i villani da esso dipendenti e le sue pertinenze; concedono altresì a tutte le persone sottoposte al loro dominio la potestà di offrire se stesse e i loro beni al suddetto monastero, a condizione che ogni anno gli occupanti di esso diano ad Alferio notaio e giudice un montone a Pasqua e un porco a Natale.

Originale: Archivio del monastero della S.ma Trinità di Cava dei Tirreni, Arm. B, n. 27 [A].

Copia semplice del sec. XIII: ibid., Arm. B, n. 28.

Cf.: A. Di Meo, *Annali critico-diplomatici del regno di Napoli della mezzana età*, VIII, Napoli 1803, pp. 227-8; P. Guillaume, *Essai historique sur l'abbaye de Cave,* Cava dei Tirreni 1877, p. 70; F. Carabellese, *L'Apulia* cit., p. 302, nota n. 3.

In nomine domini nostri Iesu Christi. Secundo an(no) imperi domni Alexio sanctissimo imperatori nostro, m(ensis) | martius, sexta indicti(one). Ideoque nos Enricus comes filius quoddam bone memorie Robberti | gloriosi comiti et Adelisa filia Ruggeri comitis, qui sumus vir et uxor de civit(ate) Sancti Michaeli | Archangeli

monti Gargano et de omnia illis pertinentia nostro comitato, Declaramus nos | quoniam in civit(ate) Luceria, ha foris et prope ipsa dict(a) concives [a] abemus integrum nostrum monaste|rium qui constructum est ad onorem Sancti Iacobi apostoli cum omnibus terris et casis et rebus stabi|libus et mobilibus ipsius monasterii Sancti Iacobi pertinentibus et cum omnibus intro habentibus cunctisque suis pertinen(tiis) et cum vice de viis suis et cum ariginatas billanis ipsius monasterii per|tinentibus et cum omnibus rebus illorum stabilibus et mobilibus qui ad nostrum pertinet comitatum. Et bone nostre voluntatibus, coram subscriptorum testibus, congruum est nobis, pro amore omnipotentis D(omin)i et | domini nostri Iesu Christi et salutem et remedium anime patris meis [b] domini Robberti gloriosi comitis | et pro salut(e) anime Richardi comitis fratri meo et pro salut(e) et remedium animarum nostrarum et | de omnibus parentibus nostris bibis atque defunctis, per anc coque [c] bidelicet cartula hob|tulimus atque concedimus in monasterio Sancte et individue Trinitatis quod conditum est | prope Salernitanam civit(atem) in loco qui Metilianus clamatur, ubi dominus Petrus reberen|tissimus abbas rectorem et gubernatorem hordinatus preest, Ea ratione ut predict(o) mo|nasterio Sancti Iacobi apostoli cum omnibus suis pertinentiis, sicut supra nominabimus, semper | sit a modo inantea in potestate ipsius domini abbatis et successorum eius et partium preno|minati monasterii Sancte Trinitatis Et liceat ipsum dominum abbatem et successores eius | et partem eiusdem monasterii de eo facere quod voluerint. et confirmamus impsis [d] mona|steriis, ut si aliquis homo de nostris dicionibus voluerit in ipso monasterio introire et mo|nachum fieri aut de rebus suis in ipso monasterio Sancti Iacobi offerire, potestatem | habeat qualiter voluerit, absque omni nostra et de nostris actoribus aut heredibus con|trarietatem, Et quiq(umque) omo in rebus ipsius monasterii Sancti Iacobi ad abitandum in|traberit, non requiratur a nobis vel a nostris heredibus nec a quibuscumque actoribus nostris Et nullam | angariam aut servitium vel pensionem a nobis vel ad [e] eredibus nostris seu ab actoribus nostri | ab ipso monasterio nec ab hominibus [f] in rebus

(a) *Così A, penso per* civitatem (b) *Così A.* (c) *Così A.* (d) *Così A.* (e) *Così A, per* ab (f) *A presenta* h *agg. dalla stessa mano nell'interlineo.*

eiusdem monasterii abitantibus aliquo tem|pore requirantur aut exigantur, set semper ipsum monasterium Sancti Iacobi apostoli et omnibus ho|minibus qui in rebus eius abitaberint securi et absque omni molestia persistant a parte nostra | et heredem [(a)] nostrorum et nostrorum actorum. et per conbenientia hobligavimus nos et nostros heredes | semper defendere ipsi domno abbati et successoribus eius et partibus prenominati monasterii in|tegrum ipsum monasterium Sancti Iacobi et totum illud [(b)] quod in eodem monasterio Sancte Trinitatis | optulimus et concedimus ab omnibus hominibus, et tribuimus licentiam ut quando ipse dominus abbas et successores eius et pars ipsius monasterii voluerint, potestatem habeant | illud per se defendere qualiter voluerint cum omnibus munitionibus et rationibus quas | de eo ostenderint. et si, sicut superius scriptum est, nos et nostris heredibus non adimpleberi|mus vobis vel ex eis quicquam remobere aut contradicere presumserimus, per conbenientia | obligabimus nos et nostros heredes componere ipsi domni abbati et successoribus eius et at [(c)] | partibus ipsius monasterii quingentos aurei soli(dos) Constantini; insuper et quicumque omo hoc quod | superius legitur vel ex eo remobere presumserit aut violator extiterit, habeat | maledicti(onem) a Patre et Filio et Spiritu Sancto et separatus sit ab omni consortio christi|anorum. Nam et hec concessio que prelegitur ego qui supra Adelisa comitissa, una cum con|sensum et boluntate qui supra domni Enricus comes viro meo, et pro anima Iudite ma|tri mee et de omnibus ipsis quem supra nominabimus, scribere iu|simus te Iohannes cleri(cus) atque not(arius) nostri palatii. et sic datum [(d)] est vobis hoc nostrum scriptum, | ut omni tempore annualiter dent abitatores predicti monasterii Alferio notario | et iudices filius eius uno montone in Pasca et uno porco in Natibitas Domini. Ac(tum) est m(ense) | et indicti(one) super nominata. (S.)

✠ Ego Teudelgardus episcopus sancte sedis Lucerine ecclesie.

✠ Signum crucis propris mei [(e)] manibus qui supra Enricus comes.

(a) *Così A, per* heredum (b) *Dubito della lettura.* (c) *Così A, per* ad (d) *Dubito della lettura.* (e) *Così A.*